

256

sollemnitates de quibus scriptum est. tribus temporibus
mihi festa celebrabitur in anno; sollemnitatem azimo-
rum custodietis: septem diebus comedetis azima. sic
preceptum habet in tempore mensis nouorum. In ipso enim egressus
es ex egipto; non apparebis in conspectu meo uacuis; &
sollemnitatem mensis primitiuorum de operibus tuis
quis cumq; seminaueris in agro; & sollemnitatem confu-
mationis in exitu anni. in congregatione operum tuorum
de agro; Si uolumus fieri in nobis sermone dei. simus
aggei. id est festa celebrantes. & non appareamus in
conspectu dei uacui. seminantes q; in spiritu. de spiritu me-
tamur uitam eternam. ut celebremus sollemnitatem
primitiuorum. de operibus nostris; Quis cum seminauerit
in agro cui bene dixit dominus. simus quoq; aggei & p-
omnem uitam nostram. usq; ad consummationem anni.
id est usq; exitum de seculo isto. celebremus festa in ope-
ribus nostris. quis nobis ortasunt in agro nostro; multa su-
nt. sed de huius temporis quis de sollemnitate dicant. qui-
bus potest de omni scriptura lector diligens co-
gnoscere intelligentiam spiritalem;

Ad zorobabel filium salathiel ducem iuda. & iesu
filium iosedech sacerdotem magnum dicens; Le-
gimus in paralyptomeno. hicchaniam
quoniam babilonem dicitur esse filium fuisse sala-

hb